

F.K. 114

Zc  
5305

*Q. D. F. E. I.*

NUPTIIS  
MANICKIO-  
BERGERIANIS,

Solemniter & bonorum omnium  
applausu

*D. VII. Febr. A. R. S. M DCC IX.*

Dresdæ celebratis,

SACRUM ESSE JUBET  
AFFINIS

JONAS GELENIUS,

IN ELECT. DRESDA RECTOR.

Stanno Riedeliano. Typ: Aulic:



OPUS  
NUPTIIS  
MANNICKIO  
BERGERIANIS

Solenniter & honorifice

D. VII. FEB. A. R. E. M. DCC. IX.

Dr. phil. h. c.  
SACRUM

JONAS GELLENUS

IN ECCL. DRESDA PASTOR

Dr. phil. h. c.







Uem DEUS omnipotens miro dignatur  
amore,  
SEVILIÆ uxorem præstinat atq̄ve  
domum.  
Jactitat Hesperiaë populus: (a) mage re-  
ctius ille

Dixerit, & verè dixerit ille puto:  
Quem DEUS omnipotens miro dignatur amore,  
Uxorem DRESDÆ præstinat atque domum.  
Hoc Tibi contingit, quod faustum, SPONSE colen-  
Uxor adest, desunt nec Tibi tecta domus. (de,  
Dresda peregrinum primis Te fovit ab annis,  
Et poluit claris artibus ingenium.  
Dico peregrinum sed cur ego? Namque Dresenus,  
Dresdenis volui dicere, (b) Matris Avus  
Et Proavus fuerat civis præclarus uterque,  
Nam Patrem charum proxima Pirna tulit.  
Omnes FREYSTEINIA (c) prognati stirpe vetusta,  
Et celebres quondam nomine reque Viri.  
Sed Pater è parvis Curibus Tibi contigit ortus,  
Mückenberga pium protulit alma Virum. (d)  
Hinc docuit Budissa, caput quam terra Lusata.  
Agnoscit, Doct̄or Theilius ille fut.



Ille Vir egregias qui doctē tradidit artes,  
Æternum cuius fama superstes erit.  
Inde petens Salici Phœbeia tecta Lycei,  
Sedulus & multa laude Magister ovat.  
Pirna dehinc variis doctrinæ dotibus aucto  
Committit Scholici sceptrā secunda gregis.  
Hic illi stabili sociata est fœdere, (e) quondam.  
Mater chara Tibi, chara Socrusque mihi.  
Constrinxit pietasque pares, & mutuus ardor,  
Nec caruit felix prole frequente torus.  
Unus adhuc superest Tibi Frater, (f) sēna Sororum  
Turba fuit, claris pars sociata viris.  
E quibus una mihi conjuncta Rosina Maria, (g)  
Nostræ amor, nostræ spesque decusque domus.  
Hæc ceu turgidulis vitis gravidata racemis,  
Bis sēna fecit prole subinde patrem.  
Hinc ubi mi falces venerabilis Ordo Senatus  
Et Crucis obtulerat munia rite Scholæ (h)  
Sic moderante DEO, properas ad pulpita nostra.  
Fervidus Aonii scandere celsa jugi,  
Et Præceptorum doctas audire acroases,  
Et versare libros nocte dieque probos.  
Cum primis pietas imis infixā medullis  
Te charum cunctis reddidit atque mihi.  
Pluria non memoro laudum præconia SPONSE,  
Ne videar ficto blanditer ore loqui.  
Post ad Plisfiaci tendis sacra culmina Pindi,  
Tardus ubi placidas volvit Elyster aquas.  
Hic primum Sophies vastos tentare recessus  
Unus erat labor, ac unica cura Tibi.  
Quicquid Socratico profluxit ab ore, Stagiræ  
Progenies quicquid tradidit atque Stoa.  
Non ignota Tibi; Cartesius ille Renuatus  
Quæ docet, ἐπιλεκτικῶν quæ quoque turba, tenes.

Mox



Mox spatians per amoena Dices viridaria sanctæ,  
 Mella apis Hyblææ more modoque legis,  
 Ut Tua quondam etiam victrix opulentia lingvæ  
 Scriptaque sint miseris ancora Sacra reis,  
 Queis quantum valeas testis Viteberga, tiarâ  
 Quæ caput ac ostro vinxit amica Tuum. (i)  
 Sed nondum fatis est brabei, Tua MAGDALIS ecce  
 Tendit in amplexus MAGDALIS illa Tuos,  
 Quam decorant clari natales, (k) quamq; venustas,  
 Et rubeo mistus pulcher in ore pudor.  
 Sed mage sunt decori pietas dulcedoque morum,  
 Mensque carens fastu, & simplicitatis amor.  
 O Te felicem! cui talis contigit uxor,  
 Hunc talem poterit non nisi amare DEUS.  
 Illa Tibi faustis rebus decus atque voluptas,  
 Rebus at in dubiis mite levamen erit.  
 Vivite felices, Vestrum concordia dulcis,  
 Proles & exornet copia larga torum.  
 Vester amor lætus se cunctas tollat in horas,  
 Seraque non nisi mors hunc solitiisse queat.  
 Utque suum finem tetigerunt vota bonorum,  
 Nescia sic finis prospera vestra fient.

*Annotamenta:*

**C**um usu hodie veniat Carmina annotationibus interpolare, ac  
 veluti segmentis ac tessellis quibusdam vermiculari, liceat &  
 Verficulis nostris ejusmodi notulis quasi suffarcinatis prodire in  
 medium.

(a) *Vide Geographos & Chorographos passim.*

(b) *Omnino in eorum discedo sententiam, qui DRESDA,  
 DRESDENSIS, & non DRESENÄ, DRESENUS,  
 DRESANUS scribendum arbitrantur. Cum enim  
 Dresda hæc nostra Slavica, & in specte Sorabiz, quos alii eti-  
 am Serbos vocant, cunabula sua debeat, Slavica etiam ori-  
 ginis*



ginis appellatione gaudebit. Jam autem videmus non Sorabos tantum, verum etiam vicinos Bohemos nostros, urbem nostram, Drazdianam / inserta litera D constanter & scribere & appellare, merito itaq; & nos Dresda, Dresden / & scribimus & pronunciamus. Et sane mirari subit lecto vel II. Cap. Lib. I. Chronicorum Dresdensium Nobilissimi quondam Viri Dn. Weckii, posse aliquos reperiri, qui contra niti sustineant. Ut nihil jam dicam de vetustissimis monumentis & diplomatibus terra & Urbis hujus Principum, quibus obloqui, mihi quidem Solinebulas inspergere est.

(c) *Inclita Gens FREYSTEINIA ex Helvetia ducit originem: Excusso enim jugo Austriaco, cum plebes Helvetica viros Nobiles & Patritios, Celsissima huic Domui addictos passim ex urbibus & agris pelleret, evenit idem & FREYSTEINIUS, Tiguro, urbe Helvetiorum facile prima, oriundis. Itaq; post famosam illam cladem Leopoldi Ducis Austriae, Alberti I. Nepotis, quam ad oppidum Sempach A. C. MCCCLXXXVI. d. IX. Julii accepit, & cum flore Nobilitatis sua casus est, fidem Principibus suis integram servaturi, in Stiriam concessere; unde posthac ERNESTUS FREYSTEIN sub Imperatore Maximiliano I. Centurio fortissimus, in Palatinatum Superiorem immigravit. ERNESTO huic duo erant Filii, quorum natu minor ALBERTUS familiam Freysteiniam in Palatinatu supra dicto profecit. ut videre est apud celeberrimum Spenerum operis Heraldici Parte Generali p. 220. alter vero JOHANNES stirpis in Misnia nostra virentis propagator extitit. Mater itaq; Dn. D. Sponsi, & Socrus nostra MARIA MAGDALENA FREYSTEINIA, Filia fuit JOH. FREYSTEINII, J. U. D. & causarum in hac urbe Patroni celebris, habuitq; Fratrem unicum Illustrum atq; Excellentissimum JCTUM, Dn. D. ADAMUM SAMUELFM FREYSTEINIUM, Reverendiss. & Sereniss. Principis DN. AUGUSTI, Ducis Saxoniae, Postulati Administratores Archiepiscopatus Magdeburgici, in Regimine Saxo-Weissenfelsensi Pro-Cancellarium, laudis nostrae nihil egentem JOHANNES hic Patrem habuit cognominem JOH. FREYSTEINIUM, J. U. D. & Sereniss. ac Potentissimi Electoris Saxoniae in supremo Appellationum Consilio Senatorem, Reiq; publicae Pirnensis Syndicum dignissi.*



gnissimum. Horum utriq; lauream Doctorem Jene sum-  
 ma cum laude obtentam luculentis carminibus gratulatus  
 est Philologus & Philosophus clarissimus Wölfgangus Hei-  
 derus, ut videre est in ejus Poëmatum Lib. III. p. 100. & 182.  
 Edit. Jenens. 1631. JOHANNI Seniori Pater fuit ZA-  
 CHARIAS FREYSTEIN, quem ex Ferdinandi I. Im-  
 peratoris ministerio Dresdam accitum Dux Augustus  
 Elector ob studia Mathematica impense carum habuit.  
 Zacharias hic Fratre usus est SIGISMUNDO, Rudol-  
 phi II. Caesaris Legionis pedestris Praefecto, qui ad Budam  
 fortiter pugnans cum integra fere Legione sua à Turcis ca-  
 sus est. Ut haec omnia, & alia plura ad Familiam FREY-  
 STEINIAM attinentia in mundo habet Vir Nobilissi-  
 mus atq; Consultissimus Dn. JOH. BURGHARDUS  
 FREYSTEIN, J. U. D. & Sereniss. Ducis Saxo-Gothani  
 Consiliarius, jam laudati nobis ADAMI SAMUELIS Fi-  
 lius unicus, Affinis & Compater noster multis nominibus  
 plurimum observandus; qui in matrimonio habet Nobilissi-  
 mam & omnibus animi ac corporis dotibus ornatissimam  
 Femina, Dn. CHRISTIANAM Erdmuth/ natam  
 LEHMANNIAM, Viri Nobilissimi atq; Excellentissimi  
 Dn. THEODOSII LEHMANNI, Serenissimi Ducis  
 Saxo-Merseburgici Consilarii quondam Aulici, & in Sa-  
 ero Consistorio Directoris, Filiam unicam. Quin & vi-  
 vet adhuc Nobiliss. FREYSTEINII nostri Dn. MA-  
 TER, nata BERLICHIA, Matrona gravis & pru-  
 dentissima, quae ut diu vivat, & tranquillissime porro  
 senescat, unice exopto.

(d) Beata memoria Dn. M. ANDREAS Manick / Socer meus  
 & post fata de venerandus, Vir ob summam pietatem, ac  
 praecalam eruditionem magno illi Theologo B. Dn. D.  
 GEIERO imprimis charus, natus est, ut dixi, Mücken-  
 bergae, quod oppidulum est ad fines Lusatorum prope Senff-  
 tenbergam. Primum Conrectoris munere functus est Pir-  
 nae, inde evocatus ad Pastorum Eschdorffensem, &  
 tandem factus Pastor Primarius Gebae, ubi etiam placi-  
 de in Domino acquievit A. C. MDCXCVI. d. 1. Sept. Eta-  
 tis anno 65.

(e) Nam ibi educabatur orphana in domo cognata PRO MNI-  
 ZIA, ex qua adhuc superat, & faxit DEUS ut longum  
 superet, Nobilissimus Vir Dn. GOTTLIB HEN-  
 RICUS



RICUS PROMNIZ, Potentissimi Regis Prussiae Electoris, Brandenburgici Commissarius &c. Fautor &c. Affinis nosster pl. amandus.

- (f) Vir Perquam Reverendus atq. Clarissimus Dn. M. ANDREAS Gottlieb Manut / Pastor Sensftenberga Primarius, Affinis nobis percarus.
- (g) Gebda MDCLXXXV. d. 17. Novembris. Parario Summè Rev. atq. Ampliss. Viro Dn. M. JOH. HENRICO, Kù HNIO, ad D. Virginis Pastore, & ad D. Crucis Symmysta, dum vita manebat, Vigilantissimo, atatis suæ verè Chrysologo, Dn. Affine & Compatre meo suavissimo, cujus proxi in me adfectus memoriam, nulla unquam mihi eripiet dies.
- (h) A Rectoratu Paleo-Dresdensi ad Rectoris Schola Cruciana munus capeffendum evocatus sum MDCLXXXIX. d. 11. Martii, cum ferè quatuor annos priori præfuissem officio.
- (i) Summi in utroque Jure honores collati sunt DN. SPONSO Viteberga MDCCVII. d. 23. Aprilis.
- (k) Nobiliss. Virginis Sponsa MAGDALENÆ SIBILLÆ Pater fuit b. m. Nobilissimus atq. Amplissimus Vir, DN. TOBIAS BERGER, Sereniss. & Potentiss. Elect. Sax. Consiliarius & Redituum Camera Magister. DN. Mater est JOHANNA MARIA, nata ex inclya stirpe BEYERIA, qua adhuc hodie Viros summos & Principibus Ministeriis eminentes ostendit, quos ut supremum Numen in longissimos annorum excursus omni felicitate circumfluos conferuet, sincera animi pietate apprecor.





F.K. 114

Zc  
5305

Q. D. F. E. I.

# NUPTIIS PONICKIO- GERIANIS,

& bonorum omnium  
applausu

*A. R. S. M DCC IX.*

Dresdæ celebratis,

RUM ESSE JUBET  
AFFINIS

## S GELENIUS,

CT. DRESDA RECTOR.

Riedeliana Typ: Aulic:

